

*Disputatio XII.*

De duplici statu Christi  
Servatoris : quorum illum Humilia-  
tionis : hunc verò Exaltationis,  
Scriptura sacra indigitat.

PRO FORMVLA  
CHRISTIANÆ CON-  
CORDIÆ.

*Quam assistente divinâ gratiâ*

S V B P R A E S I D E,

*Reverendo & Clarissimo Viro,*


Dn. LEONHARTO HVT-  
TERO, S. S. THEOLOGIAE DOCT.  
& Professore in celebri Academia VVite-  
bergenſi Publ. in Collegio disputationum  
Theologicarum privato proponit  
& exhibet

M. HENRICUS VELSTENIUS  
Leosteniensis, Saxo.

*Ad diem 4. Februar. horis pomeridianis.*

VVITTBERGÆ

Ex Officina Cratoniana, Anno 1604.





*Reverendo Clarissimo Viro,*

Dn. CHRISTOPHERO SCHLEVPNE-  
RO, SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORI EXIMIO,  
Ecclesiæ Hildesiensis Superintendenti dignis-  
simo &c. Domino & patrono meo plurimi-  
æstimando.

*Præstanti item, virtute, doctrinâ & multiplici rerum usu  
præcellenti viro,*

Dn. M. HERMANNO VELSTENIO,  
Comitis Oldenburgiaci usq; huc præceptori so-  
lertissimo &c. fratri meo quovis fraternæ pic-  
tatis obsequio colendo:

NEC NON

*Venerando & doctissimo viro,*

Dn. M. MARTINO KEPLERO, nobi-  
liss. Matronæ Schulenburgiacæ à concionibus  
sacris, Domino, fautori & amico meo me-  
dullitùs adamato.

*Hasce propositiones meas Theologicas debitæ obser-  
vantia, pietatis, & sinceri affectus  
testificandi gratiâ.*

Reverenter amanter & officiosè offero & consecro.

Respondens.

## PROPOSITIO. I.



*Ene habet! Humanam Christi naturam à primo statim conceptionis momento sibi non modò naturam divinam, sed & ipsam τὸ λόγῳ divinam maiestatem per veram ac realem κοινωνίαν communicatam habuisse; antegressis disquisitionibus duabus immotè snita ssertum.*

II. Verùm quia assertioni huic vel imprimis reclamare videntur infinite Christi infirmitates. 1. Esurit, sitit, capitur, crucifigitur. 2. crescit scientiã ignorat diem novissimi iudicij. 3. tentatur à Diabolo, iudicatur, luctatur cum morte: ideo iam porro ostendendum fuerit, quandocunq; de Christo loquimur, inter duos status accuratè distinguendum esse: quorum unus ἐκένωσις, alter ἰσοπέθεισις dici consuevit.

Christi infirmitates.

III. Vnius enim hic Salvator noster IESVS Christus communicatæ huius Maiestatis plenum usum, ut Apostolus loquitur, ἐκένωσεν; nempe ut sic redemptionis opus perficeret: eamq; non usurpavit toto isto exinanitionis tempore; nisi, cum ad θεωπεσίαις & miracula patranda radices quosdam divine sue virtutis emisit: è quibus cognosceretur. 1. divinitas ipsius. 2. unionis mysterium. 3. veritas doctrinæ celestis confirmaretur.

Finis triplex miraculorum Christi.

IV. Proinde quia de ipsa unione hypostatica & κοινωνίᾳ ἰδιομάτων usq; huic sufficienter actum fuit: iam residuum fuerit, ut. 1. de statu Exinanitionis. 2. de statu exaltationis, & sic de ascensione & sessione ad dextram Dei patris instituantur διέξοδος: quam consuetà ista Concordia τριχοτομίᾳ nos hac vice expeditam dabimus.

## CAPVT I.

### Status Controversiæ.

I. Scitè admodum quondam dixit Irenæus: Quemadmodum Christus erat homo, ut tentaretur: ita erat & λόγῳ, ut glorificaretur. quiescebat enim Irenæus lib. 3. cap. 21. λόγῳ, ut tentari, crucifigi & mori posset: unitus autem erat homini, ut posset vincere, sustinere, triumphare, resurgere, in cælum assumi.

A 2

2. Idcirco

II. *Idcirco docent & confitentur Ecclesie nostra, CHRISTVM quantum:*  
Ozθodoξία vis in eo verè ac realiter habitârit τῶν τῶν ἡρώμα τῆς Θεότητος, & sic di-  
Lutheraoa vinam Maiestatem sibi semper presentissimam habuerit, quoad actum eius  
primum: minime tamen hanc actu secundo in toto ἐκκεύσσεως statu plenè ex-  
seruisse: quam tamen nunc gloriosissimè exserat; ita ut sedeat à dextris Dei, &  
dominetur à mani ad mare. Psal. 72. v. 8.

III. *E Contra maieferiata ista gens Sacramentaria, ut erroris sui longè tur-*  
Pseudodo-  
ξία  
Calvinia-  
na. pi&mi pudenda tegat; protoplastorum folia hic sibi assuit impiè obiectans. 1.  
miraculorum edendorum ἐνεργεῶν soli divinitati esse ascribendam. 2. Ma-  
iestatem divinam non ratione naturæ assumpta; sed respectu personæ Christo  
comperere: adeò ut humana Christi natura etiam iam in statu gloria non omnia  
possit &c.

IV. *Proinde status controversiæ internos & gentem istam Sacramenta-*  
Verba  
Conca- riam hic ultrò emergit. 1. An Christus Maiestatem suam ratio-  
ne unionis personalis semper habuerit; sed in statu humili-  
ationis suæ sese exinaniverit: ætate sapientiâ & gratiâ a-  
pud Deum & homines verè profecerit: ideoque suam il-  
lam majestatem non semper; sed, quoties ipsi visum, exse-  
ruerit. 2. An hic idem Christus, Filius Dei & hominis, iam  
servi formâ per Resurrectionem plenè & prorsus depositâ  
in plenariam usurpationem, manifestationem & decla-  
rationem divinæ maiestatis collocatus, & hoc modo in  
gloriam suam ingressus, ad dextram Omnipotentis Maie-  
statis & virtutis Dei REALITER, hoc est, verè ac re  
ipsa secundum humanam naturam sit evectus, & iam non  
tantum quâ Deus; verùm etiam quâ homo omnia sciat, o-  
mnia possit, omnibus creaturis præsens sit, & omnia quæ  
in cœlis & in terrâ & sub terrâ sunt pedibus suis subiecta  
& in manu suâ habeat.

## CAPVT II.

### Θέσις sive Affirmativa.

Conc. pag.  
608. Edit.  
Lips.

*Affirmativam controversiæ huius pia Concordia nostra his verbis disertè  
proficitur: Christus maiestatem ratione unionis personalis  
semper.*

semper habuit: sed in statu humiliatiōis suæ sese exinanivit &c. Quæ concordia affirmativa, quia aliquot, constat membris de iis καὶ ἀναλογίαν fidei signatim agendum fuisse.

## I. De statu Exinanitionis.

I. Hunc humiliatiōis actum D. Apostolus in sua ad Philippenses Epist: valde graphicè depingit. c. 2 v. 5. 7. 8.

II. Vbi quidē aliās vere dicitur quod λόγος sese humiliavit. 1. non quidē καὶ ἰδίαν εἶσαν; sed κατὰ τὴν ἡμετέραν αἰθήρην, quatenus ad nostram λόγος infirmitatem suam demittens maiestatem in S. Trinitatis decreto ministrū generis humani & salutis nostræ servum sese obtulit. 2. Quatenus homo factus est. 3. Quatenus in toto vitæ terrenæ curriculo & officio Mediatoris Maiestatem suam occultavit & veluti laternā humani corporis contexit. Bern. serm. 1. de adventu Domini. quomodo  
sese humiliavit.

III. Verum hic locus Paulinus de hac τῆς λόγος humiliatiōe Locus Paulinus Phil. unanimè exponendus est. 1. Quia Apostolus de λόγος incarnato verba facit. 2. differit de Christo secundum eam naturam, quæ est ἐν μορφῇ Θεῶ. Iam divina natura non est in forma Dei, sed ipsissima Dei forma. Heb. 1. v. 3. Col. 1. v. 15. 3. Eius nature est humiliari, cuius est exaltari. At divina natura ἀμετάστατος nec ἐκένωσεν nec ὑπέβητο ullam admittit. 2.

IV. Esse autem in forma Dei hic non significat essentiam divinam in Christo. 1. Quia hoc in loco μορφῇ Θεῶ μορφῇ δούλου opponitur. 2. Formam Dei de qua hic loquitur Apostolus, poterant homines videre Job. 1. v. 14. 1. Job. 1. v. 1. At divina natura non potest conspici. Job. 1. v. 18. Ex. 33. v. 20. 21. Idcirco ut divina Christi natura ab omni eternitate τῆ κλήσεως καὶ τῆ εἰσελάτης formam divinam habet: ita humana natura τῆ χεῖρας καὶ ἐξουσίας ἢ ἀπειροφάνειας in forma Dei fuit, quatenus usu, divinā virtute & stupendis miraculis Quid sit esse in forma Dei & quomodo Christus sit in forma Dei. coram mundo potenter se Deum declaravit. Lutherus in Postill. Eccles.

V. Similiter nec servi formā ipsa natura humana denotatur; sed humiliatiōis actus: quatenus communicata maiestatis plenam usum Christi non usurpavit. 1. Quia nec priori hac phrasi (esse in forma Dei) utitur scriptura in divinitate describenda. 2. Consequens foret Christum iam servi formā depositā hominem esse desisse: id quod ἀσεβές, & contra scripturas. Servi forma.

VI. Ceterum profundissima huius ἐκσώσεως, quae capit cum primo conceptionis momento, cuiusq; terminus est resurrectio. Luc. 24. v. 26. Act. 13. v. 33. principales humi-  
 ationis a-  
 ctus. principaliores actus sunt. 1. Nativitas, 2. Passiones: quibus animo & corpore sustinuit. 3. Crucifixio: quam omnino nostra Redemptio requirebat. Gal. 3. v. 13. sicut & hoc typicè adumbratum fuit. Num. 21. v. 9. Iob. 3. v. 14. 4. Mors, 5. Sepultura.

VII. Verum quod in peregrinationibus principes interdum facere solent, ut ministris suis praestent famulitiam, & nihilominus tamen Domini sunt & manent. Ita Christus Homo Dominus existens & divinam habens maiestatem per & propter unionem personalem, hanc quam diximus, servilem formam assumpsit. Unde pro Concordia nostra sequentia haec inferimus προσηματα, 1. Miraculorum ἐνεργειῶν toti personae Christi & sic utriusq; naturae respectu esse ascribendam: Divinae quidem Principaliter. Psal. 72. v. 18 humana vero personaliter: quia λόγος in ea, per eam & cum ea hanc miraculorum ἐνεργειῶν exercuit. Marc. 5. v. 30. Luc. 8. v. 46. II. προσηματα soli humanitati non esse ascribenda, ita ut filius Dei planè ab his sit immunis. 1. Actiones & passiones sunt totius personae. 2. λύτρεν pro peccatis praestitum non esset. aequivalens. III. Mortē in Christo fuisse voluntariā Iob. 10. v. 18. 1. quia fuit sine peccato ideoque legi mortis non subiacebat. Rom. 5. v. 12. 2. Propter unionem cum λόγος. IV. in morte quidem factam esse dissolutionem unionis naturalis corporis & animae, sed non unionis personalis quia humanitatis partes licet à se invicem in morte separatae, in τὸ ὅσῳ αἰετῆς λόγος ἀδιασάτως permanserunt.

## II. De statu Exaltationis.

I. Sequitur iam status exaltationis: quo Christus seposita servi formā, iam communicatæ maiestatis & gloriae plenario usu sic utitur & fruitur, ut consideat ad dextram Dei, dominum coeli & terrae praesentissimè administret, & Dominus rerum factus omnium iam tali nomine insignitus sit, quod est supra omne nomen, quod nominatur non solum in hoc; sed & in futuro seculo. Act. 2. v. 36. Phil. 2. v. 9.

II. Cuius tamen Exaltationis maiestas non demum in ascensione Christo obtigit, sed à primo statim conceptionis momento. 1. quia Iob: Evangelista simul ac dixit: Verbum caro factum, statim subiicit: Vidimus gloriam eius veluti unigeniti à patre. Iob. 1. v. 14. 2. Idem Evangelista Christum in nuptiis Cana Gal-

Galilea gloriam suam manifestasse, discrete affirmat. Ioh. 2. v. 11. & ante ascensionem accepit omnem potestatem in caelo & in terra. Matth. 28.

III. Iam licet sit una numero maiestas, quae Christo ex beneficio unionis hypostaticae obvenit, & quam nunc ad dextram Dei exaltatus plenissima usurpatione declarat: differunt tamen ut actus primus & secundus, ut habitus & energia: ita ut prior modus unioni, posterior sessioni ad dextram Dei sit tribuendus. Unde cuiusvis satis constare potest, nos unionem personalem cum sessione ad Dextram Dei neutiquam confundere, quantumvis unam utrobique gloriam constituamus, uti sine fronte & omni pudore vociferantur primores de populo Calvinistico & his succenturiantes lebusitae.

Quomodo differat a sessione ad dextram Dei.

IV. Complectitur verò hic exaltationis status. 1. Descensum Christi ad inferos: de quo cum peculiaris futura nobis sit disputatio: haud attinet de eo pluribus hoc loco agere. 2. Resurrectionem. 3. Ascensionem in caelos. 4. Sessionem ad dextram Dei patris: De quibus sigillatim.

Principales actus

## I. De resurrectione.

I. Hanc quod attinet: Christus à morte resurrexit, cum propria cum patris virtute. Propria: quia λόγος propria virtute & potentia corpus suum excitavit. Ioh. 2. v. 9. Ioh. 10. v. 18. Patris: quia opera Trinitatis ad extra sunt indivisa. Rom. 6 v. 4. Eph. 1 v. 20.

Quomodo Christus resurrexit.

II. Inde verè sortitus est Christus hanc gloriam, ut corpus ipsius, propter novas qualitates subiectivè ipsi inherentes, factum fuerit. I. Αθάνατον. Rom. 6. v. 9. II. ὀνεισματικόν 1. quia sine offensione obfirmatum lapidem penetrare. 2. per ostia clausa ad discipulos intrare & ἀφαντον θάνατον subito disparere potuit. Ioh. 20. v. 26. Luc. 24. v. 3. 3. Quia & Electorum corpora talia erunt. Phil. 3. v. 21.

Quam gloriam inde consecutus sit.

III. Stygmata clavorum quod attinet; retinuit ea Christus post resurrectionem per ὀμολογίαν. 1. ut veritatem resurrectionis discipulis comprobaret. 2. Discipuli fulgorem clarificati corporis ferre non potuissent. Dan. 2. Matth. 13. iam vero ad dextram Dei haec stygmata etiamnum retinere nullum est consequens: siquidem hoc pugnat cum natura & perfectione clarificatorum corporum.

Stygmata clavorum.

IV. Vti & 40. illis post Resurrectionem diebus non in mundo, sed in caelesti quodam statu fuit. 1. quia non amplius habuit corpus animale. 2. Ipsi hoc affirmat Luc. 24. v. 44. 3. Prædixerat hoc etiam discipulis Marc. 14. 25.

Christus post Resurrexit in caelesti statu, Asc. quid sit.

## II. De Ascensione.

I. Haec non fuit quaedam disparentia, sed τοπικὴ μεταστάσις & visibilis translatio corporis Christi ex loco inferiori ad superiorem. Act. 1. v. 9, Marc. 16. vers. 19.

Δ 4

2. Vlti.



Vltimus terminus.  
Non opus habuit Christus terram recedere, ut ad patrem veniret.

Christus sua humanitate nobiscum est.

Non est locus creatus.

Obtigit Christo respectu humanæ naturæ.

II. Vltimum verò huius ascensionis terminum non certum quendam locum, sed ipsam omnipotentis Dei dextram constituimus: ad quam Christus iam exaltatus inimicos suos & Ecclesiæ potentissimè sibi subijcit. Psal. 110. v. 1. & 2.

III. In qua tamen ascensione Christo minimè fuisse opus, vel ad latum unguem à terra recedere, ut ad patrem veniret. 1. Quia Christus est in patre, & pater in Christo cum adhuc in terris esset, & priusquàm visibiliter, in caelos ascenderet. Ioh. 14. v. 10. 11. 2. quia & pater in mundo est: siquidem ubiq; est. 3. quia ascensio non tantum de externo elevato corporis spectaculo, sed vel de sublatione visibilis presentie ac conversationis, vel quidem omnium maximè de exaltatione ad coeleste imperium intelligenda est.

IV. Neq; etiam Christus ita ascendit in caelos sua humanitate, ut ea non amplius iam sit nobiscum. 1. quia sic ascendit in caelos, ut simul suam presentiam nobis usque ad mundi finem perspicuè suerit pollicitus. Matth. 28. v. 21. 2. Finem tantum imposuit visibili ac terrene conversationi inter homines. Matth. 26. v. 11. Ioh. 16. v. 28. 3. Factus est caelis omnibus sublimior Heb. 7. v. 26. ita ut oportuerit ipsum coelum accipere Act. 3. v. 21. hoc est, regnare 1. Cor. 15. v. 25. 4. Ascendit supra omnes caelos, ut omnia impleveret, hoc est, ut omnia praesens in caelo & terra administraret. Eph. 4. v. 10. 5. Consedit ad dextram infinitæ virtutis & maiestatis divinae, Heb. 8. v. 1.

### III. De dextra DEI.

I. Hæc non est creatus quidam felicitatis locus in caelis. 1. Quia inter creatum locum & infinitam Dei dextram infinita est differentia. 2. Sacrae literæ eam describunt quod sit æterna, infinita & spiritualis potentia, Maiestas, gloria & imperium Dei, Matth. 26. v. 64. Luc. 22. v. 69. Heb. 1. v. 3. Heb. 8. v. 1. 3. Ubique praesens statuitur. Psal. 139. 4. Attribuuntur ei opera potentie divinae. Esa. 66. v. 2. Ex. 15. v. 5. & 6. Psal. 118. 5. Si certus quispiam & definitus in caelo locus esset, sequeretur quod Christus in novissimo die hanc esset relicturus, quando in suo de caelis descensu in nubibus apparebit. At hoc non, Matth. 25. Luc. 22. v. 69. E. nec illud.

II. Hæc verò ad dextram Dei exaltatio obligit Christo non divinae, sed humane naturæ respectu. 1. Quia divinae naturæ hæc Maiestas cõpetit per essentiã. 2. altissimus nõ potest exaltari, Iac. 1. v. 7. Psal. 102. v. 27. Mal. 3. v. 6. 3. Eius naturæ est exaltari, cuius fuit humiliari. 4. hæc Maiestas demùm in plenitudine tẽporis obtigit. 5. Christus petit se glorificari eã gloriã, quam habuit ante mundi constitutionem Ioh. 17. At secundum divinam naturã nullam gloriã petere potuit: quia quod ab æterno habuit, per essentiã nunquam amisit. 6. Hæc gloria Christo ex gratia collata est. Matth. 23. Phil. 2. At divinae naturæ ex gratia nihil datur. 7. Per sessionem ad dextram patris Christus factus est Dominus cæli & terræ, Act. 2. v. 36. At iuxta divinam naturam genitus est Dominus. 3. Neq;

III. Neq; assertioni nostræ vel tantillum obstare potest, quod etiam aliâs ex sessione ad dextram Dei æterna Christi Deitas probetur, 1. Quia exaltatio nature fundamenti loco præsupponit Deitatem personæ: non aliter, quàm vita motus & sensus corporis evidenter arguit id cum animâ coniunctum, ac proinde hominem verâ animâ præditum esse. 2. Sic ex efficacia sanguinis Christi, qui mundat nos à peccato, liquidè evincitur, Christum esse verum Deum, cuius solius sanguine à peccatis mundamur.

Ex ea re-  
ctè Deita  
probatur.

IV. Proinde Christus ad hanc infinitam divinæ Maiestatis dexteram secundum humanitatem collocatus, non creatæ, neq; mediæ alicuius potentie particeps factus est; sed divini prorsus imperij: adeo ut iam potentiissimè præsentissimèq; verè divinâ sapientiâ, dignitate & gloriâ dominium cœli & terra administret, & iam non tantum ut Deus; verum etiam ut homo. 1.

Quam glo-  
riam inde  
consecutus  
sit Chri-  
stus.

Omnia sciat & nihil ei ignotum sit *Psal. 45. v. 4. Ioh. 3. v. 34 Col.*

*2. v. 9. 11.* Omnia possit, & omnia quæ in cœlis, in terris &

1. Omni-  
scientia.

sub terra sunt, sub pedibus & manu sua habeat: iamq; nihil

2. Omni-  
potentia.

quicquam ei impossibile sit. *Matth. 28. v. 18. III. Omnibus*

Verba  
Conc.

creaturis præsens sit, & suam hanc potentiam ubiq; præsens

3. Omni-  
præsentia.

exerere queat, imò verè exserat *Psal. 8. v. 7. Heb. 2. v. 8. Ioh. 3. v. 35.*

4. Cultus  
adoratiõis.

*Ioh. 13. v. 3. Eph. 1. v. 20 21. 23. IV. Vnâ & indivisâ adoratione iam*

Deus & homo colendus & adorandus sit. *Phil. 2. v. 9. & 10. Act.*

*7. v. 59. Luc. 23. v. 42. Matth. 15. v. 22. Matth. 10. Ioh. 9.*

V. Quibus unicum hoc addimus: in hac ad dextram Dei exaltatione de-

In hac glo-  
ria descri-  
benda etiâ  
humana  
natura ex-  
primenda  
est.

scribenda non personam duntaxat; sed & nominatim ipsam personæ huius na-

turam humanam, cui obtrigit hæc exaltatio, esse exprimendam. 1. Quia confi-

deratio officii non tollit aut impedit considerationem naturarum aut idioma-

tum. 2. Aliâs non constaret, cuius nature respectu hæc exaltatio Christo trans-

scriberetur. 3. requirit hoc Ecclesiæ necessitas, ut fraus illorum detegatur, qui,

quod carni Christi datum est, rapiunt: & vel ad Deitatem referunt, & de re-

stitutione exponunt; vel explicant secundum utramque naturam & ad

officium restringunt; ita ut humanam naturam nihil nisi humana agere statu-

ant. 4. Res ipsa in scripturis fundata est.

Atq; hæc de pia Concordiæ nostræ affirmativâ.

CA.

### CAPVT III.

#### AVT̄HETIS sive Negativa.

Damnamus & reijcimus. I. Damnatas istas sententias Nestorij, Euty-  
chetis, Marcionis, Apollinaris, Monothelitarum.

II. Blasphemias istas; quas temerè nostris Ecclesiis impingunt Sacra-  
mentarij. 1. substantiam corporis & sanguinis Christi in omnibus creaturis, la-  
pidibus, lignis &c. inclusam. 2. Humanam Christi naturam in omnia loca  
coeli & terra localiter esse expansam: quod ne quidem divine naturæ tribuendū.

Emblema-  
ta Calvi-  
niana.

III. Emblemata isthæc Calvinianæ impietatis: I. Dicta  
de exaltatione & humiliatione Christi: item gloriâ & maiestate in tempore da-  
ta, ad divinitatem esse referenda. Pareus in expl. Catech. Vrsini. p. 306. 308.  
Sadcel de verit. nat. hum. in Christo p. 195. 208. Bremenses in ihrer verant-  
wortung. H. 2. fac. 2. II. Suas utriq; naturas seorsim actiones esse assignan-  
das; ita ut humana Christi natura etiam in statu exaltationis nõ agat, nisi hu-  
mana: eiq; sessio ad dextram Dei eatenus competat, quatenus humana natu-  
ræ conditio ferre queat. Sad. l. d. p. 197. III. Christum etiam iam in gloria,  
non omnia scire, quâ homo: Schola Melan- f. 187. IV. Carnem Christi ad effi-  
cienda miracula non plus quam carnem Apostolorum contulisse aut virgam  
Moysis. V. Christi corpus tanto intervallo à nobis abesse, quanto summum cœlum  
distat ab infima terra. VI. Sessionem ad dextram Dei partim loco &, non po-  
tentiâ esse definiendam: partim non immensa; sed creata & mediâ potentiâ esse  
mensurandâ. Orth. Confess. 18. & 122. In der Heidelberg. Theol. Be-  
kenntnuß fol. 7. Beza quest. f. 12. Tom. 1. f. 658. Martyr. Dial. f. 6. Bulling. in  
tract. verb. cœne, Beza de omnip. carnis Christi f. 338. Vol. 1. f. 601. Pareus in  
expl. Catech. Vrsini p. 290. VII. Christum, ut Deum, non ut hominem sedere  
ad dextram Dei. Bussens contra Gerlachium. Bellar. Tom. 1. Controv. p. 320. Chri-  
stum secundum humanam naturam non esse adorandum. Sad. l. d. p. 181. Dan.  
in exam. p. 415. Beza Colloq. Momp. 347.

IV. Quibus subijcimus somnia Iebusitarum & Scholasticorum isto-  
rum doctorum, ac cum primis Bernhardini & Roseti: cœlum hoc, in quod Chri-  
stus ascendit, non nisi corporeum somniantium: atq; ita quidem, ut etiam san-  
cti in eo choreas sint instituturi: quemadmodum Keiserbergius 12. recenset re-  
quisita, ad choreas pertinentia, quæ in hoc cœlo vel maxime reperiantur. Quo-  
rum omnium errorum, blasphemiarum & somniorum solidam refutatio-  
nem ex tbesibus peti posse, nobis persuasissimum habemus.

Corol-

## Corollaria

### I.

Totalitas personæ Christi constat duabus naturis divi- Lomb. lib. 3. d. 22.  
nâ & humanâ. Ergo si totus Christus ubiq; est, quod concedunt  
Calviniani; falsum est, quòd non utraq; natura sit ubiq;.

### II.

Ex eo, quod statuimus, humanam Christi naturam u-  
biq; cum divina incarnata præsentem esse, inferunt Sacra-  
mentarii, statui illo nostro dogmate humanam naturam pomis,  
pyris, cibus, cerevisiis, cloacis & aliis omnino rebus inesse: unde  
ὀφθαλμοφανὴς apparet, adversarios hos nostros iis in locis &  
rebus deitatem præexistentem præsupponere.


### III.

Ἐξορία & διωραμὶς in scripturis indiscretè usurpantur. Luc.  
22. v. 9. Luc. 9. v. 1. Matth. 9. v. 6. Marc. 1. v. 22. Ioh. 5. v. 27. Ioh.  
10. v. 18.

### IV.

Non est synecdoche, cum dicitur: Dominus gloria est cru-  
cisifixus.

Μόνω Θεῷ δοξασί.





De dup

Servatoris :  
tionis : l  
Scri

PRO  
CHRI

*Quam*  
S


Revere

Dn. LE O  
TERO, S. S.  
& Professore  
bergenfi Pu  
Theol

M. HEN R

*Ad diem*

Ex Officin



**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

